



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XII. Charta, vt filia cum fratribus, in paterna succedat alode.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

126 MARCVLFI MONACHI
fratrum tuorum, vel filiorum meo-
rum , liberam in omnibus habeas
potestatem. Si quis vero, quod futu-
rum esse non credo, aliquis de here-
dibus , vel proheredibus meis, seu
quælibet persona , contra hanc ces-
sionem meam quoque tempore ve-
nire, aut eam infringere voluerit, in-
ferat tibi cum cogente fisco auri
tantum , & quod repetit vindicare
non valeat ; sed præsens epistola fir-
ma permaneat stipulatione subne-
xa. Actum, &c.

XII. *VT FILIA CV M FR A-*
tribus in paterna succedat alode.

DVlcissimæ filiæ meæ illi , ille.
Diurna, sed impia, inter nos
consuetudo tenetur, vt de terra pa-
terna sorores cum fratribus portio-
nem non habeant, sed ego perpen-
dens hanc impietatem, sicut mihi à
Domino æqualiter donati estis filij,

ita & à me sitis æqualiter diligendi,
& de rebus meis post meum disces-
sum æqualiter gratulemini ; ideo-
que per hanc epistolam te, dulcissi-
ma filia mea , cōtra germanos tuos,
filios meos illos , in omni heredita-
te mea , æqualem & legitimam esse
constituo heredem, vt tam de alode
paterna, quam de comparato , vel
mancipiis, aut præsidio nostro , vel
quodcūmque morientes relique-
rimus æqua lance cum filiis meis,
germanis tuis, diuidere, vel exæqua-
re debeas , & in nullo penitus por-
tionem minorem quam ipsi, non
accipies, sed omnia inter vos diui-
dere , vel exæquare æqualiter de-
beatis. Si quis vero, & quod sequitur.